



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Tractatus De Executoribus Vltimarvm Volvntatum duorum
celeberrimorum iurisconsultorum**

Canis, Johannes Jacobus

Constantia, 1593

VD16 ZV 2896

1. Executorum potestas, Vnde pendeat.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63406](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63406)

1 **Q**uam potestatem executores habeant, ex
 verbis testamenti colligendum est ante
 omnia. Nam eorum potestas. tota dependet ex
 concessione testatoris. Quod si ex verbis illius
 non satis id adpareat tunc ad iuris interpreta-
 tionem, sicut in omni negotio, confugiendum est.

2 Primò, vt scias, an possit vendere refert in-
 ter vniuersalem & particularem vltima vo-
 luntatis executorem. Vniuersalis, quia loco hæ-
 redis est, quin possit, nemini est dubium. l. nul-
 li. C. de epis. & cleri. Particularis verò non
 vendit quicquam hæreditariorum bonorum,
 nisi testator in testamento cauerit. l. alio hære-
 de. ff. de alimã. & cib. lega. Secundo, executor,

3 **T**cui legatum aliquid est, vel bona fide commis-
 sum in testamento, is potest agere aduersus hæ-
 redem. l. si quis Titio. ff. de leg. 2. & ibi Bar. Ali-
 oquin purus executor non habet vllam iure ci-
 uili vel canonico actionem. l. lucius. §. Titia
 ex asse. ff. ad senatus. Trebellia. Verum tamen
 potest implorare officium iudicis, tam aduersus
 heredem, quam aduersus quoslibet detentores
 bonorum defuncti, vt ea tardat ad executio-
 nem faciendam. Quare, si executor habeat id,
 vnde